UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta

Continens Moralia

**Plutarchus**

**Francofurti, 1620**

De musica

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1372

Visual Library

# PLVTARCHI de Muſica commentarius.

## DIALOGI PERSONÆ
Oneſicrates, Sotericus, Lyſias.

PHOCIONIS, eius qui Probus vſurpatus eſt, vxor, Suum ornatum eſſe dicebat, mariti ſui res præclare geſtas. At ego ornamentum non mihi tantum peculiare, ſed cum omnibus familiaribus commune exiſtimo mei magiſtri in doctrina bonarum artiũ diligẽtiam. Nouimus enim, imperatorum pulcerrima facinora ſalutẽ attuliſſe duntaxat è præſenti periculo paucis militibus, aut vni ſiue vrbi ſiue genti: meliores neutiquã feciſſe vel milites iſtos, vel ciues, vel gentiles. At liberalem diſciplinam, quæ & felicitatis eſt corpus, & conſilij boni cauſa, non familiæ modo aut vrbi vel populo, ſed vniverſo generi humano vtilem comperias. Quanto igitur ea eſt quã res omnes bellicæ vtilior: tanto etiam magis colenda eſt eius memoria. Enimvero ſecunda Saturnaliũ die Oneſicrates, homo egregius, ad conuiuium vocauerat Soterichum Alexandrinũ, & Lyſiam vnum eorũ qui ab ipſo ſtipendiũ ſumebant. Poſtquam omnia rite peracta fuerunt, ita infit, Quę cauſa ſit humanæ vocis, ô ſocij, in cõuiuio quęrere non convenit, & magis ſobriam ea quæſtio requirit diſputationem. Sed quoniam optimi grammatici definiunt vocem aerem percuſſum eſſe, qui auditu ſentiatur: heriq; à nobis de grammatica eſt inquiſitũ, vt arte, quæ facultatẽ habeat voces litteris exprimendi, ac memoriæ tanquam in penu recondendi: videamus nunc quæ poſt eam proxime ſequatur ſcientia ad vocem pertinens. Eſt autem, niſi fallor, Muſica. Pium enim eſt, ac præcipuum hominum hoc ſtudium, laudes canere deorum, qui ſoli ipſis articulatam vocem ſunt largiti. quod Homerus his verſibus ſignificauit.

*Ergo die tota placabant carmine Phœbum*
*Formoſum pæona Achaica turba canentes*
*Et magni laudes modulantes arcitenentis.*
*Illius auditu pertentant gaudia pectus.*

Agite ergo, ô chori muſici ſodales, in memoriam redigite, quis primus muſica ſit vſus, quid ei tempus adiecerit, qui muſicam ſcientiam tractando nobiles exſtiterint. nec non & ad quot quantaſq; res muſica ſit vtilis. Hæc cum dixiſſet magiſter, Lyſias ſermonem excipiens: Quæſtionẽ, inquit, bone Oneſicrates, proponis à multis agitatam. nam & Platonicorum plerique, & Peripateticorum præſtantiſſimi de veteri muſica, & quæ ei accidit corruptela ſcribendi laborem ſuſceperunt. Sed & grammaticorum atq; harmonicorum doctiſſimi multũ in eã rẽ ſtudij impẽderunt. Magna verò eſt eorũ qui de hac ſcripſerũt diſſẽſio. Heraclides in libro in quẽ collegit res muſicas, citharę cantũ eiuſq; artẽ excogitatã primũ perhibet ab Amphione Iouis & Antiopæ F.

# ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ περὶ μουσικῆς.

## ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ,
Ὀνησικράτης, Σωτήριχος, Λυσίας.

Ἡ ΜΕΝ Φωκίωνος τοῦ Χρηστοῦ γυνὴ κόσμον αὐτῆς ἔλεγεν εἶναι τὰ Φωκίωνος στρατηγήματα· ἐγὼ δὲ κόσμον ἐμὸν οὐ μόνον ἴδιον, ἀλλὰ γὰρ καὶ κοινὸν τῶν οἰκείων πάντων, ἡγοῦμαι τὴν τοῦ ἐμοῦ διδασκάλου περὶ λόγους σπουδήν. τὰ μὲν γὰρ στρατηγῶν τὰ ἐπιφανέστατα κατορθώματα, σωτηρίας μόνον οἴδαμεν τῆς ἐκ τῶν παραχρῆμα κινδύνων αἴτια γιγνόμενα στρατιώταις ὀλίγοις, ἢ πόλει μιᾷ, ἢ καὶ ἑνί τινι ἔθνει, βελτίους δ' οὐδαμῶς ποιοῦντα οὔτε τοὺς στρατιώτας, οὔτε τοὺς πολίτας, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ὁμοεθνεῖς· τὴν δὲ παιδείαν, οὐσίαν εὐδαιμονίας οὖσαν, αἰτίαν τ' εὐβουλίας, οὐ μόνον ἔστιν εὑρεῖν ἢ οἴκῳ, ἢ πόλει, ἢ ἔθνει χρησίμην, ἀλλὰ παντὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. ὅσῳ οὖν ἡ ἐκ παιδείας ὠφέλεια μείζων πάντων στρατηγημάτων, τοσούτῳ καὶ ἡ περὶ αὐτῆς μνήμη ἀξία σπουδῆς. Τῇ γοῦν δευτέρᾳ τῶν Κρονίων ἡμέρᾳ, ὁ καλὸς Ὀνησικράτης ἐπὶ τὴν ἑστίασιν ἄνδρας μουσικῆς ἐπιστήμονας παρακεκλήκει. ἦσαν δὲ, Σωτήριχος Ἀλεξανδρεὺς καὶ Λυσίας, εἷς τις τῶν σύνταξιν παρ' αὐτοῦ λαμβανόντων. ἐπεὶ δὲ τὰ νομιζόμενα συντετέλεστο, Τὸ μὲν αἴτιον τῆς ἀνθρώπου φωνῆς (ἔφη) ὅ,τι ποτ' ἐστίν, ὦ ἑταῖροι, νῦν ἐπιζητεῖν, οὐ συμποτικόν· (σχολῆς γὰρ νηφαλιωτέρας δεῖται τὸ θεώρημα) ἐπεὶ δ' ὁρίζονται τὴν φωνὴν οἱ ἄριστοι γραμματικοὶ, ἀέρα πεπληγμένον αἰσθητὸν ἀκοῇ, τυγχάνομεν δὲ χθὲς ἐζητηκότες περὶ γραμματικῆς, ὡς τέχνης ἐπιτηδείου γράμμασι τὰς φωνὰς δημιουργεῖν, καὶ ταμιεύειν τῇ ἀναμνήσει, ἴδωμεν τίς μετὰ ταύτην δευτέρα πρέπουσα φωνῇ ἐπιστήμη. οἶμαι δ' ὅτι μουσική. ὑμνεῖν γὰρ εὐσεβὲς καὶ προηγούμενον ἀνθρώποις τοὺς χαρισαμένους αὐτοῖς μόνοις τὴν ἔναρθρον φωνὴν θεούς. τοῦτο δὲ καὶ Ὅμηρος ἐπεσημήνατο, ἐν οἷς λέγει,

Οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο,
Καλὸν ἀείδοντες παιήονα κοῦροι Ἀχαιῶν,
Μέλποντες ἑκάεργον· ὁ δὲ φρένα τέρπετ' ἀκούων.

ἄγε δὴ ὦ μουσικῆς θιασῶται, τίς πρῶτος ἐχρήσατο μουσικῇ ἀναμνήσατε τοὺς ἑταίρους· καὶ τί εὗρε πρὸς αὔξησιν ταύτης ὁ χρόνος, καὶ τίνες εὐδόκιμοι γεγόνασι τῶν τὴν μουσικὴν ἐπιστήμην μεταχειρισαμένων. ἀλλὰ μὴν καὶ εἰς πόσα καὶ εἰς τίνα χρήσιμον τὸ ἐπιτήδευμα. ταῦτα μὲν εἶπεν ὁ διδάσκαλος. ὁ δὲ Λυσίας ὑπολαβὼν, Παρὰ πολλοῖς (ἔφη) ἐζητημένον πρόβλημα ἐπιζητεῖς, ἀγαθὲ Ὀνησίκρατες. τῶν τε γὰρ Πλατωνικῶν οἱ πλεῖστοι, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων οἱ ἄριστοι, περί τε τῆς ἀρχαίας μουσικῆς συντάξαι ἐσπούδασαν, καὶ περὶ τῆς αὐτῆς γεγενημένης παραφθορᾶς. ἀλλὰ γὰρ καὶ γραμματικῶν καὶ ἁρμονικῶν οἱ ἐπ' ἄκρον παιδείας ἐληλακότες, πολλὴν σπουδὴν περὶ τοῦτο πεποίηνται. πολλὴ γοῦν ἡ τῶν συντεταχότων διαφωνία. Ἡρακλείδης δ' ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ, τὴν κιθαρῳδίαν καὶ τὴν κιθαρῳδικὴν ποίησιν πρῶτόν φησιν Ἀμφίονα ἐπινοῆσαι, τὸν Διὸς καὶ Ἀντιόπης,

τοῦ πατρὸς δηλονότι διδάξαντος αὐτόν. πιστοῦται δὲ τοῦτο ἐκ τῆς ἀναγραφῆς τῆς ἐν Σικυῶνι ἀποκειμένης, δι' ἧς τάς τε ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει καὶ τοὺς ποιητὰς καὶ τοὺς μουσικοὺς ὀνομάζει. κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν καὶ Λῖνον τὸν ἐξ Εὐβοίας θρήνους πεποιηκέναι λέγει, καὶ Ἄνθην τὸν ἐξ Ἀνθηδόνος τῆς Βοιωτίας, ὕμνους, καὶ Πίερον τὸν ἐκ Πιερίας, τὰ περὶ τὰς μούσας ποιήματα, ἀλλὰ καὶ Φιλάμμωνα τὸν ἀδελφὸν, Λητοῦς τε καὶ Ἀρτέμιδος, καὶ Ἀπόλλωνος γένεσιν δηλῶσαι ἐν μέλεσι, καὶ χοροὺς πρῶτον περὶ τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν στῆσαι. Θάμυριν δὲ τὸ γένος Θρᾷκα, εὐφωνότερον καὶ ἐμμελέστερον πάντων τῶν τότε ᾆσαι, ὡς ταῖς μούσαις, κατὰ τοὺς ποιητὰς, εἰς ἀγῶνα καταστῆναι. πεποιηκέναι δὲ τοῦτον ἱστορεῖται Τιτάνων πρὸς τοὺς θεοὺς πόλεμον. γεγονέναι δὲ καὶ Δημόδοκον Κερκυραῖον παλαιὸν μουσικὸν, ὃν πεποιηκέναι Ἰλίου τε πόρθησιν, καὶ Ἀφροδίτης καὶ Ἡφαίστου γάμον. ἀλλὰ μὴν καὶ Φήμιον Ἰθακήσιον, νόστον τῶν ἀπὸ Τροίας μετ' Ἀγαμέμνονος ἀνακομισθέντων ποιῆσαι. οὐ λελυμένην δὲ εἶναι τῶν προειρημένων τὴν τῶν ποιημάτων λέξιν, καὶ μέτρον οὐκ ἔχουσαν, ἀλλὰ καθάπερ Στησιχόρου τε καὶ τῶν ἀρχαίων μελοποιῶν, οἳ ποιοῦντες ἔπη, τούτοις μέλη περιετίθεσαν. καὶ γὰρ τὸν Τέρπανδρον ἔφη κιθαρῳδικῶν ποιητὴν ὄντα νόμων, κατὰ νόμον ἕκαστον τοῖς ἔπεσι τοῖς ἑαυτοῦ καὶ τοῖς Ὁμήρου μέλη περιτιθέντα, ᾄδειν ἐν τοῖς ἀγῶσιν. ἀποφῆναι δὲ τοῦτον λέγει ὀνόματα πρῶτον τοῖς κιθαρῳδικοῖς νόμοις. ὁμοίως δὲ Τερπάνδρῳ Κλονᾶν, τὸν πρῶτον συστησάμενον τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ τὰ προσόδια, ἐλεγείων τε καὶ ἐπῶν ποιητὴν γεγονέναι, καὶ Πολύμνηστον τὸν Κολοφώνιον τὸν μετὰ τοῦτον γενόμενον τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι ποιήμασιν. οἱ δὲ νόμοι οἱ κατὰ τούτους, ἀγαθὲ Ὀνησίκρατες, αὐλῳδικοὶ ἦσαν, ἀπόθετος, ἔλεγοι, κωμάρχιος, σχοινίων, κηπίων τε καὶ δεῖος, καὶ τριμελής· ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ καὶ τὰ πολυμνάστια καλούμενα ἐξευρέθη. οἱ δὲ τῆς κιθαρῳδίας νόμοι πρότερον πολλῷ χρόνῳ τῶν αὐλῳδικῶν κατεστάθησαν ἐπὶ Τερπάνδρου. ἐκεῖνος γοῦν τοὺς κιθαρῳδικοὺς πρότερος ὠνόμασε, Βοιώτιόν τινα καὶ Αἰόλιον, τροχαῖόν τε καὶ ὀξὺν, κηπίωνά τε καὶ Τερπάνδριον καλῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ τετραοίδιον. πεποίηται δὲ τῷ Τερπάνδρῳ καὶ προοίμια κιθαρῳδικὰ ἐν ἔπεσιν. ὅτι δὲ οἱ κιθαρῳδικοὶ νόμοι οἱ πάλαι ἐξ ἐπῶν συνίσταντο, Τιμόθεος ἐδήλωσε. τοὺς γοῦν πρώτους νόμους ἐν ἔπεσι διαμιγνύων, διθυραμβικὴν λέξιν ᾖδεν, ὅπως μὴ εὐθὺς φανῇ παρανομῶν εἰς τὴν ἀρχαίαν μουσικήν. ἔοικε δὲ κατὰ τὴν τέχνην τὴν κιθαρῳδικὴν ὁ Τέρπανδρος διενηνοχέναι. τὰ πύθια γὰρ τετράκις ἑξῆς νενικηκὼς ἀναγέγραπται. καὶ τοῖς χρόνοις δὲ σφόδρα παλαιός ἐστι. πρεσβύτερον γοῦν αὐτὸν Ἀρχιλόχου ἀποφαίνει Γλαῦκος ὁ ἐξ Ἰταλίας, ἐν συγγράμματί τινι τῷ περὶ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν τε καὶ μουσικῶν. φησὶ γὰρ αὐτὸν δεύτερον γενέσθαι μετὰ τοὺς πρώτους ποιήσαντας αὐλῳδίαν. Ἀλέξανδρος δ' ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν περὶ Φρυγίας, κρούματα Ὄλυμπον ἔφη πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας κομίσαι, ἔτι δὲ καὶ τοὺς Ἰδαίους δακτύλους· Ὕαγνιν δὲ πρῶτον αὐλῆσαι. εἶτα τὸν τούτου υἱὸν Μαρσύαν, εἶτα Ὄλυμπον. ἐζηλωκέναι δὲ τὸν Τέρπανδρον Ὁμήρου μὲν τὰ ἔπη, Ὀρφέως δὲ τὰ μέλη. ὁ δὲ Ὀρφεὺς οὐδένα φαίνεται μεμιμημένος. οὐδεὶς γάρ πω γεγένητο, εἰ μὴ οἱ τῶν αὐλῳδικῶν ποιηταί. τούτοις δὲ κατ' οὐθὲν τὸ Ὀρφικὸν ἔργον ἔοικεν.

A patre nimirum docente. atque fidem facit huic ſententiæ ex deſcriptione quæ Sicyone eſt dedicata, ex qua & ſacerdotes Argiuas, & poetas, & muſicos nominat. Eadem tempeſtate Linum ex Eubœa oriundum ait lugubria carmina feciſſe: & Anthem Anthedone Bœotia natum hymnos: & Pierium è Pieria de muſis poemata. Philamonem quoque Delphum Latonæ, Dianæ, & Apollinis natales carmine explicaſſe, & ab eo primum choros apud Delphicum templum fuiſſe inſtitutos. Thamyrin autem Thracem genere vocalius & elegantius omnibus ea ætate ceciniſſe: vnde eum poetæ B cum Muſis certamen iniuiſſe dixerint. fertur autem poema ſcripſiſſe de Titanum bello aduerſus deos. Fuiſſe etiam Demodocum Corcyræum veterem muſicum, qui carmine expreſſerit Ilij excidium, & Veneris cum Vulcano nuptias. Sed & Phemium Ithacenſem de reditu eorum qui cum Agamemnone fuerant ad Troiam profecti verſus feciſſe. Neque verò iam commemoratorum poematum ſolutam fuiſſe dictionem, aut quæ menſura careret: ſed Steſichori aliorumque veterum Lyricorum poematis ſimilem, qui verſibus modos quibus canerentur adiecerunt. Nam & Terpan- C drum ait citharœdicorum poetam modorum (nomus Græci, hoc eſt leges, appellant) & ſua & Homeri carmina in certaminibus certo quodque modulo ceciniſſe: eumque primum modis citharœdicis nomina impoſuiſſe. Simile Terpandri ſtudio ſtudium fuiſſe Clonæ, qui princeps tibicinum nomos & accentus inſtituit, ſcriptor elegiarum & epicus. Eodemque poematis vſum genere Polymneſtum Colophonium, qui atate fuit poſterior. Nomi autem (hanc enim vocem ambiguitatis vitandæ gratia vſurpemus) erant ergo, mî Oneſicrates, nomi quibus illi vterentur tibicinum, Apothetus, Elegi, D Comarchius, Schœnion, Cepion, deus, Trimeles, ſiue triplex. Poſtea temporis etiam inventa ſunt Polymnaſtia quæ vocantur. At citharœdicæ artis nomi multo ante tibicinum nomos tempore inſtituti ſunt à Terpandro. Is ergo citharœdicis nomina fecit Bœotium, Æolium, trochæum, acutum, Cepionem, Terpandrium, Tetraoedium. Fecit etiam Terpander prooemia citharoedica in heroicis carminibus. Quod autem citharoedici nomi antiquitus ex heroicis verſibus conſtiterint Timotheus declarauit: qui primos nomos heroicis permiſcens, dithyrambicam cantauit dictionem, ne prima fronte videretur veterem muſicam E violare. Apparet autem Terpandrum citheroedica arte excelluiſſe. nam quater viciſſe Pythia deinceps ſcribitur. Admodum vero antiquus eſt. nam Glaucus Italus, quodam in libro de veteribus poetis & muſicis, priorem eum archilocho pronunciat. ait enim eum ſecundum exſtitiſſe poſt eos qui primi tibiis canere inſtituerunt. Alexander in collectaneis de Phrygia, primum Olympum aſſerit in Græciam pulſationem fidium intuliſſe: deinde Idæos dactylos. & Hyagnidem primum tibia ceciniſſe: poſt Marſyam huius filium, inde Olympum. Terpandrum porro æmulatum eſſe Homeri verF ſus, Orphei cantilenas. Orpheus autem neminem videtur imitatus. nemo enim tunc natus fuit, extra poetas qui facerent ea quæ tibiis canerentur. horum autē cum opere Orphicum nihil habet ſimile.

Clonâs verò tibicinum modos qui fecit, paulo poſterior Terpandro, fuit patria Tegeates, ſi Arcadibus credimus: Thebanum enim Bœoti affirmant. Poſt Terpandrũ & Clonâm Archilochus extitiſſe traditur. Alij nonnulli ſcriptores Ardalum aiunt Trœzenium Clonâ priorem tibicinam inſtituiſſe muſicam. Fuiſſe etiam Polymneſtum poetam Meletis Colophonij F. qui Polymneſtum & Polymneſtam nomos fecerit. Quod autem Apothetum & Schœnionem nomos fecerit Clonâs, ſcriptores recenſionum memorant. Polymneſti mentionẽ Pindarus & Alcman lyrici faciunt. Et quoſdã citharœdicorum nomorum à Terpandro factorũ, Philammonem Delphum veterem aiunt compoſuiſſe. In ſumma autem, citharœdica muſica Terpandri ætate vſurpata, etiam vſq; ad Phrynidis tempora plane ſimplex perdurauit. Neq́; enim antiquitus, vt nunc, licebat cithara canere. neq́; harmonias (ſiue concẽtus mauis) & rythmos ſiue numeros trãsferre. Nam in quouis nomo propriam conſeruabant intentionem. atq; hinc nomi dicti ſunt, hoc eſt leges: quod in vnoquoq; non licebat tranſgredi præſcriptam intentionem. Etenim vbi deorum veneratione erant ſuo arbitrio defuncti, tum ſtatim ad Homeri & aliorum poemata tranſibant. idq́; manifeſtũ eſt ex initijs Terpandri. Figura etiam citharæ primum facta eſt ſub Cepione Terpandri diſcipulo: & vocabatur Aſiatiaca, quia Lesbii citharœdi ad Aſiam accolentes ea vterentur. Ad extremum fertur Pericletus citharœdus Lacedæmone viciſſe Carnea, domo Lesbius. quo mortuo continuam citharœdorum apud Lesbios deſijſſe ſucceſſionem. Quidam falſo putant Hipponacten fuiſſe Terpandri ætate: cum etiam Pericletus Hipponacten prçceſſiſſe videatur. Sed quoniam ſimul veteres tibicinum & citharœdorum nomos retulimus, tranſibimus iam ad tibicinum nomos. Traditum eſt enim Olympum, de quo diximus, cum eſſet tibicen è Phrygia, tibicinũ nomum feciſſe in Apollinem, qui Polycephalus, id eſt, Multiceps, diceretur. hunc Olympum aiunt vnum fuiſſe eorum qui deſcẽderunt à primo Olympo Marſyę diſcipulo, qui nomos in deos fecit. is enim cum amaſius fuiſſet Marſyæ, & ab eo artem tibia canendi didiciſſet, harmonicos nomos in Græciam intulit, quibus nunc Græci vtuntur in ferijs deorum. Alij Cratetem polycephali nomi autorem faciunt, qui Olympi fuit diſcipulus. Pratinas Olympo iuniori adſcribit. Harmatium autem nomum, cui à curru nomen videtur eſſe, dicitur primus feciſſe Olympus, Marſyæ diſcipulus. Marſyam quidã Maſſen appellatum, alij Marſyam dicunt: eſſe autem Hyagnidis filium, eius qui primus artem tibia canendi invenit. Olympi autem eſſe harmatium nomum, ex Glauci veterum poetarum recenſione cognoſci poteſt: tum hoc, Steſichorum Himeræum neque Terpandri fuiſſe imitatorem, neque Antilochi, neque Thaletæ: ſed Olympi: vſum nomo harmateo, & ea ſpecie quæ dactylo procedit, quam alii de orthio nomo eſſe volunt. Alij quidam à Myſis inventum nomum illum aiunt. nam veteres fuiſſe Myſos tibicines. Eſt & alius antiquus nomus, qui Cradias dicitur,

A Κλονᾶς δ' ὁ τῶν αὐλῳδικῶν νόμων ποιητής, ὁ ὀλίγῳ ὕστερον Τερπάνδρου γενόμενος, ὡς μὲν Ἀρκάδες λέγουσι, Τεγεάτης ἦν, ὡς δὲ Βοιωτοί, Θηβαῖος. μετὰ δὲ Τέρπανδρον καὶ Κλονᾶν Ἀρχίλοχος παραδίδοται γενέσθαι. ἄλλοι δέ τινες τῶν συγγραφέων Ἄρδαλόν φασι Τροιζήνιον πρότερον Κλονᾶ τὴν αὐλῳδικὴν συστήσασθαι μοῦσαν· γεγονέναι δὲ καὶ Πολύμνηστον ποιητήν, Μέλητος τοῦ Κολοφωνίου υἱόν· ὃν Πολύμνηστόν τε καὶ Πολυμνήστην νόμους ποιῆσαι. περὶ δὲ Κλονᾶ ὅτι τὸν ἀπόθετον νόμον καὶ σχοινίωνα πεποιηκὼς εἴη, μνημονεύουσιν οἱ ἀναγεγραφότες. τοῦ δὲ Πολυμνήστου καὶ B Πίνδαρος καὶ Ἀλκμὰν οἱ τῶν μελῶν ποιηταὶ ἐμνημόνευσαν. τινὰς δὲ τῶν νόμων τῶν κιθαρῳδικῶν τῶν ὑπὸ Τερπάνδρου πεποιημένων Φιλάμμωνά φασι τὸν ἀρχαῖον τὸν Δελφὸν συστήσασθαι. τὸ δ' ὅλον ἡ μὲν κατὰ Τέρπανδρον κιθαρῳδία, καὶ μέχρι τῆς Φρύνιδος ἡλικίας παντελῶς ἁπλῆ τις οὖσα διετέλει. οὐ γὰρ ἐξῆν τὸ παλαιὸν οὕτω ποιεῖσθαι τὰς κιθαρῳδίας ὡς νῦν, οὐδὲ μεταφέρειν τὰς ἁρμονίας καὶ τοὺς ῥυθμούς. ἐν γὰρ τοῖς νόμοις ἑκάστῳ διετήρουν τὴν οἰκείαν τάσιν· διὸ καὶ ταύτην ἐπωνυμίαν εἶχον· νόμοι γὰρ προσηγορεύθησαν, ἐπειδὴ οὐκ ἐξῆν παραβῆναι καθ' ἕκαστον νενομισμέ- C νον εἶδος τῆς τάσεως. τὰ γὰρ πρὸς τοὺς θεοὺς ὡς βούλονται ἀφοσιωσάμενοι, ἐξέβαινον εὐθὺς ἐπί τε τὴν Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ποίησιν. δῆλον δὲ τοῦτ' ἐστὶ διὰ τῶν Τερπάνδρου προοιμίων. ἐποιήθη δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῆς κιθάρας πρῶτον κατὰ Κηπίωνα τὸν Τερπάνδρου μαθητήν· ἐκλήθη δὲ Ἀσιὰς, διὰ τὸ κεχρῆσθαι τοὺς Λεσβίους αὐτῇ κιθαρῳδοὺς πρὸς τῇ Ἀσίᾳ κατοικοῦντας. τελευταῖον δὲ Περίκλειτόν φασι κιθαρῳδὸν νικῆσαι ἐν Λακεδαίμονι Κάρνεια, τὸ γένος ὄντα Λέσβιον. τούτου δὲ τελευτήσαντος τέλος λαβεῖν Λεσβίοις τὸ συνεχὲς τῆς κατὰ τὴν κιθαρῳδίαν διαδοχῆς. D ἔνιοι δὲ πλανώμενοι νομίζουσι κατὰ τὸν χρόνον Τερπάνδρῳ Ἱππώνακτα γεγονέναι· φαίνεται δ' Ἱππώνακτος καὶ Περίκλειτος ὢν πρεσβύτερος. ἐπεὶ δὲ τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ κιθαρῳδικοὺς ὁμοῦ τοὺς ἀρχαίους ἐμπεφανίκαμεν, μεταβησόμεθα ἐπὶ νόμους τοὺς αὐλῳδικούς. λέγεται γὰρ τὸν προειρημένον Ὄλυμπον, αὐλητὴν ὄντα τῶν ἐκ Φρυγίας, ποιῆσαι νόμον αὐλητικὸν εἰς Ἀπόλλωνα τὸν καλούμενον Πολυκέφαλον. εἶναι δὲ τὸν Ὄλυμπον τοῦτόν φασιν ἕνα τῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ὀλύμπου τοῦ Μαρσύου πεποιηκότος εἰς τοὺς θεοὺς τοὺς νόμους. οὗτος γὰρ παιδικὰ γενόμενος Μαρσύου, καὶ τὴν E αὔλησιν μαθὼν παρ' αὐτοῦ, τοὺς νόμους τοὺς ἁρμονικοὺς ἐξήνεγκεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, οἷς νῦν χρῶνται οἱ Ἕλληνες ἐν ταῖς ἑορταῖς τῶν θεῶν. ἄλλοι δὲ Κράτητος εἶναί φασι τὸν πολυκέφαλον νόμον, γενομένου μαθητοῦ Ὀλύμπου. ὁ δὲ Πρατίνας Ὀλύμπου φησὶν εἶναι τοῦ νεωτέρου τὸν νόμον τοῦτον. τὸν δὲ καλούμενον ἁρμάτιον νόμον λέγεται ποιῆσαι ὁ πρῶτος Ὄλυμπος ὁ Μαρσύου μαθητής. τὸν δὲ Μαρσύαν φασί τινες Μάσσην καλεῖσθαι· οἱ δ' οὔ, ἀλλὰ Μαρσύαν. εἶναι δ' αὐτὸν Ὑάγνιδος υἱὸν τοῦ πρώτου εὑρόντος τὴν αὐλητικὴν τέχνην. ὅτι δ' ἐστὶν Ὀλύμπου ὁ ἁρμάτιος νόμος, ἐκ F τῆς Γλαύκου ἀναγραφῆς τῆς ὑπὲρ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν, μάθοι ἄν τις, καὶ ἔτι γνοίη ὅτι Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος, οὔτε Ὀρφέα, οὔτε Τέρπανδρον, οὔτε Ἀντίλοχον, οὔτε Θαλήταν ἐμιμήσατο, ἀλλ' Ὄλυμπον, χρησάμενος τῷ ἁρματίῳ νόμῳ καὶ τῷ κατὰ δάκτυλον εἴδει, οἵ τινες ἐξ ὀρθίου νόμου φασὶν εἶναι· ἄλλοι δέ τινες ὑπὸ Μυσῶν εὑρῆσθαι τοῦτον τὸν νόμον. γεγονέναι γάρ τινας ἀρχαίους αὐλητὰς Μυσούς. καὶ ἄλλος δ' ἐστὶν ἀρχαῖος νόμος, καλούμενος Κραδίας,

ὅν φησιν Ἱππῶναξ Μίμνερμον αὐλῆσαι. ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα οἱ αὐλῳδοὶ ᾖδον. τοῦτο δὲ δηλοῖ ἡ τῶν Παναθηναίων γραφὴ ἡ περὶ τοῦ μουσικοῦ ἀγῶνος. γέγονε δὲ καὶ Σακάδας Ἀργεῖος ποιητὴς μελῶν τε καὶ ἐλεγείων μεμελοποιημένων. ὁ δ' αὐτὸς, καὶ ποιητὴς ἀγαθὸς, καὶ τὰ Πύθια τρὶς νενικηκὼς ἀναγέγραπται. τούτου καὶ Πίνδαρος μνημονεύει. τόνων γοῦν τριῶν ὄντων κατὰ Πολύμνηστον καὶ Σακάδαν, τοῦ τε Δωρίου καὶ Φρυγίου καὶ Λυδίου, ἐν ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων τόνων στροφὴν ποιήσαντά φασι τὸν Σακάδαν, διδάξαι ᾄδειν τὸν χορὸν, Δωριστὶ μὲν τὴν πρώτην, Φρυγιστὶ δὲ τὴν δευτέραν, Λυδιστὶ δὲ τὴν τρίτην. καλεῖσθαι δὲ τριμερῆ τὸν νόμον τοῦτον διὰ τὴν μεταβολήν. ἐν δὲ τῇ ἐν Σικυῶνι ἀναγραφῇ τῇ περὶ τῶν ποιητῶν Κλονᾶς εὑρετὴς ἀναγέγραπται τοῦ τριμεροῦς νόμου. ἡ μὲν οὖν πρώτη κατάστασις τῶν περὶ τὴν μουσικὴν ἐν τῇ Σπάρτῃ, Τερπάνδρου καταστήσαντος, γεγένηται, τῆς δευτέρας δὲ Θαλήτας τε ὁ Γορτύνιος, καὶ Ξενόδαμος ὁ Κυθήριος, καὶ Ξενόκριτος ὁ Λοκρὸς, καὶ Πολύμνηστος ὁ Κολοφώνιος, καὶ Σακάδας ὁ Ἀργεῖος, μάλιστα αἰτίαν ἔχουσιν ἡγεμόνες γενέσθαι. τούτων γὰρ εἰσηγησαμένων τὰ περὶ τὰς γυμνοπαιδίας τὰς ἐν Λακεδαίμονι, λέγεται κατασταθῆναι τὰ περὶ τὰς ἀποδείξεις τὰς ἐν Ἀρκαδίᾳ, τῶν δὲ ἐν Ἄργει τὰ ἐνδυμάτια καλούμενα. ἦσαν δ' οἱ περὶ Θαλήταν τε καὶ Ξενόδαμον καὶ Ξενόκριτον, ποιηταὶ παιάνων· οἱ δὲ περὶ Πολύμνηστον, τῶν ὀρθίων καλουμένων· οἱ δὲ περὶ Σακάδαν, ἐλεγείων. ἄλλοι δὲ Ξενόδαμον ὑπορχημάτων ποιητὴν γεγονέναι φασὶ καὶ οὐ παιάνων, καθάπερ Πρατίνας. καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Ξενοδάμου ἀπομνημονεύεται ᾆσμα ὅ ἐστι φανερῶς ὑπόρχημα. κέχρηται δὲ τῷ γένει τῆς ποιήσεως ταύτης καὶ Πίνδαρος. ὁ δὲ παιὰν ὅτι διαφορὰν ἔχει πρὸς τὰ ὑπορχήματα, τὰ Πινδάρου ποιήματα δηλώσει. γέγραφε γὰρ καὶ παιᾶνας καὶ ὑπορχήματα. καὶ Πολύμνηστος δὲ αὐλῳδικοὺς νόμους ἐποίησεν· ἐν δὲ τῷ ὀρθίῳ τῇ μελοποιίᾳ κέχρηται, καθάπερ οἱ ἁρμονικοί φασιν. οὐκ ἔχομεν δ' ἀκριβῶς εἰπεῖν. οὐ γὰρ εἰρήκασιν οἱ ἀρχαῖοί τι περὶ τούτου. καὶ περὶ Θαλήτα δὲ τοῦ Κρητὸς, εἰ παιάνων γεγένηται ποιητὴς, ἀμφισβητεῖται. Γλαῦκος γὰρ μετ' Ἀρχίλοχον φάσκων γεγενῆσθαι Θαλήταν, μεμιμῆσθαι μὲν αὐτόν φησι τὰ Ἀρχιλόχου μέλη, ἐπὶ δὲ τὸ μακρότερον ἐκτεῖναι, καὶ Μάρωνα καὶ Κρητικὸν ῥυθμὸν εἰς τὴν μελοποιίαν ἐνθεῖναι· οἷς Ἀρχίλοχον μὴ κεχρῆσθαι, ἀλλ' οὐδὲ Ὀρφέα, οὐδὲ Τέρπανδρον. ἐκ γὰρ τῆς Ὀλύμπου αὐλήσεως, Θαλήταν φασὶν ἐξειργάσθαι ταῦτα, καὶ δόξαι ποιητὴν ἀγαθὸν γεγονέναι. περὶ δὲ Ξενοκρίτου, ὃς ἦν τὸ γένος ἐκ Λοκρῶν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ, ἀμφισβητεῖται εἰ παιάνων ποιητὴς γέγονεν. ἡρωικῶν γὰρ ὑποθέσεων πράγματα ἐχουσῶν ποιητὴν γεγονέναι φασὶν αὐτόν· διὸ καί τινας διθυράμβους καλεῖν αὐτοῦ τὰς ὑποθέσεις. πρεσβύτερον δὲ τῇ ἡλικίᾳ φησὶν ὁ Γλαῦκος Θαλήταν Ξενοκρίτου γεγονέναι. Ὄλυμπος δ' (ὥς Ἀριστόξενός φησιν) ὑπολαμβάνεται ὑπὸ τῶν μουσικῶν τοῦ ἐναρμονίου γένους εὑρετὴς γεγενῆσθαι. τὰ γὰρ πρὸ ἐκείνου πάντα, διάτονα καὶ χρωματικὰ ἦν. ὑπονοοῦσι δὲ τὴν εὕρεσιν τοιαύτην τινὰ γενέσθαι· ἀναστρεφόμενον τὸν Ὄλυμπον ἐν τῷ διατόνῳ, καὶ διαβιβάζοντα τὸ μέλος πολλάκις ἐπὶ τὴν διάτονον παρυπάτην, τότε μὲν ἀπὸ τῆς παραμέσης, τοτὲ δ' ἀπὸ τῆς μέσης, καὶ παραβαίνοντα τὴν διάτονον λιχανὸν, καταμαθεῖν τὸ κάλλος τοῦ ἤθους, καὶ οὕτω τὸ ἐκ τῆς ἀναλογίας συνεστηκὸς σύστημα

A quo Mimnermum ceciniſſe ait Hipponax. Initio enim elegias modulatas tibicines canebāt. quod Panathenæorū deſcriptio indicat, vbi de muſico certamine verba fiūt. Fuit & Sacadas *Argivus*, qui odas & elegias fidibus accōmodatas ſcripſit. idemq; bonus poeta, ter viciſſe Pythia in recenſionibus traditur. eiuſq; etiam Pindarus mentionem facit. Cum ergo de ſententia Polymneſti & Sacadæ tria ſint tonorum genera, Dorium, Phygium, Lydium: ferunt Sacadam in vnoquoque horum feciſſe ſtropham, docuiſſeque chorum canere Dorice primam, Phrygice ſecundam, tertiam Lydio tono. atque hunc no- B mum fuiſſe ob mutationem dictum tripartitum. (ſic enim Trimeres interpretemur.) In faſtis vero ſeu recenſione poetarum quæ Sicyone eſt, Tripartiti huius nomi autor fertur Clonâs. Prima proinde muſicæ conſtitutio Spartæ facta eſt à Terpandro. Secundæ autores hi potiſſimum memorātur: Thaletas Gortynius, Xenodamus Cytherius, Xenocritus Locrenſis, Polymnaſtus Colophonius, Sacadas Argivus. Cum enim hi introduxiſſent gymnopædias, hoc eſt, puto, ea quæ accinerentur nudis corporum exercitationibus: in *Arcardia* traduntur inſtitutæ fuiſſe demonſtrationes quæ dicuntur, & Argis quæ endymatia ſiue indumenta appellant. C Fuerunt autem Thaletas, Xenodamus, & Xenocritus Pæanum ſcriptores: Polymneſtus carmina compoſuit quæ orthia dicebantur: Sacadas elegias. *Alij* Xenodamum non Pæanas ſcripſiſſe aiunt, ſed hyporchemata. in quorum numero eſt Pratinas. ipſiuſque adeo Xenodami cantilena memoriæ prodita eſt, quæ non obſcure hyporchema ſit. Vſus eſt hoc genere poematis etiam Pindarus. Differre autem pæanem ab hyporchemate, carmina Pindari docent: qui vtrunque ſcripſit. Et Polymneſtus tibicinos nomos fecit: in orthio lyricis eſt vſus modulis, vt quidem harmonici aiunt: D non enim certum poſſumus pronunciare, cum antiqui hac de re nihil quicquam prodiderint. De Thaleta etiam Cretenſe dubium eſt, an Pæanes ſcripſerit. Nam Glaucus poſt Archilochum fuiſſe Thaletam affirmans, imitatum eum odas Archilochi fatetur, prolixius tamen extendiſſe, & Maronem ac Cretenſem rythmum odarum poeſi inſeruiſſe: quibus neque Orpheus vſus fuerit, neque Terpander, neq; Archilochus. hæc enim ex Olympi tibicina muſica aiunt Thaletam depromſiſſe, bonique tibicinis laudem inveniſſe. De Xenocrito præterea, Locris Italicis oriundo, controuerſia E eſt, an is Pæanas compoſuerit. ferunt enim eum res ſcripſiſſe, quarum heroica fuerint argumenta: eaque ob hanc cauſam fuiſſe à quibuſdam dithyrambos nominata. Eundem Glaucus Thaleta poſteriorem fuiſſe ſcribit. Porro autem Olympus, vt ait Ariſtoxenus, à muſicis putatur euharmonij generis fuiſſe repertor. nam ante ipſum omnia diatona fuerunt, & chromatica. Suſpicantur autem Olympum ſic inveniſſe. cum verſaretur in diatono genere, & carmen ſæpe transferret in diatonum parypatem, hoc eſt ſummæ proximam chordā, nūc ab ipſa media nunc ab ei proxima fide: prætereretq; li- F chanon diatoni nervū, deprehendiſſe eius conſuetudinis elegantiā, miratumq; & amplexū Syſtema

quod ea conſtitueretur proportione, id in Dorio vſurpaſſe tono. Non enim eũ vel ea quæ diatoni ſunt propria, vel quæ chromatici attigiſſe: ac ne harmoniæ quidem. Fuiſſe autem ei prima euharmoniorũ talia. Primo enim in his loco ſpondeum ponunt: in quo nulla diuiſionum proprietatem ſuam indicat: niſi quis in contentiorẽ ſpondei vſurpationẽ reſpiciẽs, eum putet eſſe diatonicũ genus. Qui vero hoc ponet, eum liquet cum falſum, tum abſonũ à cantu ponere. Falſum, quia dieſi inferior tono erit eo, qui principe ponitur loco. à cantu alienũ, quòd etiam ſi quis in poteſtate tonici ponat cõtentioris ſpondeorum vſurpationis proprietatẽ: eueniet vt duo deinceps ſita ponantur diatona, compoſitũ alterũ, alterũ incompoſitum. nam denſum illud euharmonium, quod in mediis fidibus collocatum hodie in vſu eſt, non videtur eſſe poetæ. Facile autem hoc animaduerti poteſt, ſi quis aliquẽ priſco more canentẽ tibia audiat. nam etiam mediarũ ſemitoniũ vult eſſe incompoſitum. Atq; tale fuit initio genus euharmonicum. poſtea temporis diuiſum eſt ſemitoniũ in Lydiis & in Phrygiis. Videtur autẽ Olympus cum auxiſſet muſicam, nondũ natam, ignoratamq; adhuc rem introduxiſſe, princepſq; fuiſſe Græcę & pulcræ muſices. Eſt etiã aliqua de rythmis ratio. Inuenienda enim vlterius ſunt quædã genera & formæ rythmorũ: atq; etiam cantilenas & rythmos ſcribentiũ. Primum enim Terpandri nouarũ rerum in ea arte molitio, venuſtum quendã modum in muſicam inuexit. Eo poſt Terpandrum vſi ſunt deinceps Polymneſtus, Thaletas, Sacadas. nam hi etiam rythmis conficiendis ſuffecerunt, nõ egreſſi ſunt pulcram illam formam. Sunt & alia ab Alcmane & Steſichoro nouata: ſed ita, vt à pulcro non diſcederetur modo. Krexus autem, Timotheus, atq; Philoxenus, aliique ætate iis inferiores, importuniores aliquanto, ac nouitatis ſtudioſi magis fuerũt. modum enim affectauerunt qui humanus nũc & thematicus appellatur. Euenit enim, vt paucitas chororum, ſimplicitaſq; & maieſtas muſicæ plane ob vetuſtatem ſpernenda videretur. * pro virili locutus de prima muſica, de primis eius inuentoribus, tum quorum ea temporis progreſſu adinuentionibus aucta fuerit, finem faciã dicendi: locumque dabo ſocio meo Sotericho, qui non Muſicam modo, ſed & reliquum diſciplinarum orbem ſtudioſe excoluit. nos enim magis exercitati ſumus in ea muſicæ parte, quæ manu & inſtrumentis tractatur. His dictis Lyſias obticuit. Tum Soterichus in hæc verba orſus eſt: De venerabili ſtudio, & diis maxime accepto, optime Oneſicrates, verba nos facere iuſſiſti. Probo itaq; Lyſiæ præceptoris cũ doctrinam, tum memoriam, quam oſtendit recenſendis primis muſicæ inuentoribus, iiſq; qui has res conſcripſerunt. Id vnum monebo, eum tantum ſcripta ſecutum eſſe in iis oſtendendis. Nos autem non hominem aliquem accepimus repertorem muſicæ bonorum, ſed omnibus virtutibus ornatum deum Apollinem. Non enim Marſyę, aut Olympi, aut Hyagnidis, vt putant quidam, inuentum tibia, neq; ſola cithara Apollinis eſt: ſed idẽ deus & citharæ & tibiæ cantum inuenit. Manifeſtum hoc eſt è choris & ſacrificiis quę tibiis interim canentes deo adferebant: quod & alii, & *Alcæus* in quodam hymno narrat.

A θαυμάσαντα καὶ ἀποδεξάμενον ἐν τούτῳ, ποιεῖν ἐπὶ τοῦ Δωρίου τόνου. οὔτε γὰρ τῶν τοῦ διατόνου ἰδίων, οὔτε τῶν τοῦ χρώματος ἅπτεσθαι, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν τῆς ἁρμονίας. εἶναι δ᾽ αὐτῷ τὰ πρῶτα τῶν ἐναρμονίων τοιαῦτα. τιθέασι γὰρ τούτων πρῶτον τὸν σπονδεῖον, ἐν ᾧ οὐδεμία τῶν διαιρέσεων τὸ ἴδιον ἐμφαίνει, εἰ μή τις εἰς τὸν συντονώτερον σπονδειασμὸν βλέπων αὐτὸ τοῦτο διάτονον εἶναι ἀπεικάσῃ. δῆλον δ᾽ ὅτι καὶ ψεῦδος καὶ ἐκμελὲς θήσει ὁ τοιοῦτο τιθείς. ψεῦδος μὲν, ὅτι διέσει ἔλαττόν ἐστι τόνου τοῦ περὶ τὸν ἡγεμόνα κειμένου· ἐκμελὲς δὲ, ὅτι καὶ εἴ τις ἐν τῇ τοῦ τονιαίου δυνάμει τιθείη τὸ τοῦ συντονωτέρου σπονδειασμοῦ ἴδιον, συμβαίνοι ἂν δύο ἑξῆς τίθεσθαι διάτονα, τὸ μὲν, ἀσύνθετον, τὸ δὲ, σύνθετον. τὸ γὰρ ἐν ταῖς μέσαις ἐναρμόνιον πυκνὸν, ᾧ νῦν χρῶνται, οὐ δοκεῖ τοῦ ποιητοῦ εἶναι. ῥᾴδιον δ᾽ ἐστὶ συνιδεῖν ἐάν τις ἀρχαϊκῶς τινος αὐλοῦντος ἀκούσῃ· ἀσύνθετον γὰρ βούλεται εἶναι καὶ τὸ ἐν ταῖς μέσαις ἡμιτόνιον. τὰ μὲν οὖν πρῶτα τῶν ἐναρμονίων, τοιαῦτα· ὕστερον δὲ τὸ ἡμιτόνιον διῃρέθη, ἔν τε τοῖς Λυδίοις καὶ ἐν τοῖς Φρυγίοις. φαίνεται δ᾽ Ὄλυμπος αὐξήσας μουσικὴν, τῷ ἀγένητόν τι καὶ ἀγνοούμενον ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν εἰσαγαγεῖν, καὶ ἀρχηγὸς γενέσθαι τῆς Ἑλληνικῆς C καὶ καλῆς μουσικῆς. ἔστι δέ τις καὶ περὶ τῶν ῥυθμῶν λόγος. γένη γάρ τινα καὶ εἴδη ῥυθμῶν προσεξευρέθη, ἀλλὰ μὴν καὶ μελοποιιῶν τε καὶ ῥυθμοποιιῶν. προτέρα μὲν γὰρ ἡ Τερπάνδρου καινοτομία καλόν τινα τρόπον εἰς τὴν μουσικὴν εἰσήγαγεν. Πολύμνηστος δὲ μετὰ τὸν Τερπάνδρειον τρόπον καὶ ᾧ ἐχρήσατο, καὶ αὐτὸς μέντοι ἐχόμενος τοῦ καλοῦ τύπου, ὡσαύτως δὲ καὶ Θαλήτας καὶ Σακάδας. καὶ γὰρ οὗτοι κατά γε τὰς ῥυθμοποιίας ἱκανοὶ, οὐκ ἐκβαίνοντες μέντοι τοῦ καλοῦ τύπου. ἔστι δέ τις Ἀλκμανικὴ καινοτομία Στησιχόρειος, καὶ αὐταὶ οὐκ ἀφεστῶσαι τοῦ καλοῦ. Κρέ-D ξος δὲ καὶ Τιμόθεος, καὶ Φιλόξενος, καὶ οἱ κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἡλικίαν γεγονότες ποιηταὶ, φορτικώτεροι καὶ φιλόκαινοι γεγόνασι, τὸν φιλάνθρωπον καὶ θεματικὸν νῦν ὀνομαζόμενον διώξαντες. τὴν γὰρ ὀλιγοχορείαν καὶ τὴν ἁπλότητα καὶ σεμνότητα τῆς μουσικῆς, παντελῶς ἀρχαϊκὴν εἶναι συμβέβηκεν. εἰρηκὼς κατὰ δύναμιν περί τε τῆς πρώτης μουσικῆς, καὶ τῶν πρώτων εὑρόντων αὐτὴν, καὶ ὑπὸ τίνων κατὰ χρόνους ταῖς προσεξευρέσεσιν ηὔξηται, καταπαύσω τὸν λόγον, καὶ παραδώσω τῷ ἑταίρῳ Σωτηρίχῳ, ἐσπουδακότι οὐ μόνον περὶ μουσικὴν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν E ἄλλην ἐγκύκλιον παιδείαν. ἡμεῖς γὰρ μᾶλλον χειρουργικῷ μέρει τῆς μουσικῆς ἐγγεγυμνάσμεθα. ὁ μὲν Λυσίας ταῦτ᾽ εἰπὼν κατέπαυσε τὸν λόγον· Σωτήριχος δὲ μετὰ τοῦτον ὧδέ πως ἔφη, Ὑπὲρ σεμνοῦ ἐπιτηδεύματος καὶ θεοῖς μάλιστα ἀρέσκοντος, ὦ γαθὲ Ὀνησίκρατες, τοὺς λόγους ἡμᾶς προετρέψω ποιήσασθαι. ἀποδέχομαι μὲν οὖν τῆς συνέσεως τὸν διδάσκαλον Λυσίαν· ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς μνήμης ἣν ἐπεδείξατο περί τε τοὺς εὑρετὰς τῆς πρώτης μουσικῆς, καὶ περὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα συγγεγραφότας. ὑπομνήσω δ᾽ οὖν, ὅτι τοῖς ἀναγεγραμμένοις μόνοις κατακολουθήσας πε-F ποίηται τὴν δεῖξιν. ἡμεῖς δ᾽ οὐκ ἄνθρωπόν τινα παρελάβομεν εὑρετὴν τῶν τῆς μουσικῆς ἀγαθῶν, ἀλλὰ τὸν πάσαις ταῖς ἀρεταῖς κεκοσμημένον θεὸν, Ἀπόλλωνα. οὔτε γὰρ Μαρσύου, ἢ Ὀλύμπου, ἢ Ὑάγνιδος, (ὥς τινες οἴονται) εὕρημα ὁ αὐλός. οὐ μόνη δὲ κιθάρα Ἀπόλλωνος, ἀλλὰ καὶ αὐλητικῆς καὶ κιθαριστικῆς εὑρετὴς ὁ θεός. δῆλον δὲ ἐκ τῶν χορῶν καὶ τῶν θυσιῶν ἃς προσῆγον μετὰ αὐλῶν τῷ θεῷ, καθάπερ ἄλλοι τε καὶ Ἀλκαῖος ἔν τινι τῶν ὕμνων ἱστορεῖ.

καὶ ἡ ἐν Δήλῳ δὲ τοῦ ἀγάλματος αὐτοῦ ἀφίδρυσις ἔχει ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ τόξον, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Χάριτας, τῶν τῆς μουσικῆς ὀργάνων ἑκάστην τι ἔχουσαν· ἡ μὲν γὰρ λύραν κρατεῖ, ἡ δὲ αὐλούς, ἡ δ' ἐν μέσῳ προσκειμένην ἔχει τῷ στόματι σύριγγα. ὅτι δ' οὗτος οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, Ἀντικλῆς καὶ Ἴστρος ἐν ταῖς ἐπιφανείαις περὶ τούτων ἀφηγήσαντο. οὕτω δὲ παλαιόν ἐστι τὸ ἀφίδρυμα τοῦτο, ὥστε τοὺς ἐργασαμένους αὐτό, τῶν καθ' Ἡρακλέα μερόπων φασὶν εἶναι. ἀλλὰ μὴν καὶ τῷ κατακομίζοντι παιδὶ τὴν Τεμπικὴν δάφνην εἰς Δελφοὺς παρομαρτεῖ αὐλητής. καὶ τὰ ἐξ Ὑπερβορέων δὲ ἱερὰ μετὰ αὐλῶν καὶ συρίγγων καὶ κιθάρας εἰς τὴν Δῆλόν φασι τὸ παλαιὸν στέλλεσθαι. ἄλλοι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν θεόν φασιν αὐλῆσαι, καθάπερ ἱστορεῖ ὁ ἄριστος μελῶν ποιητὴς Ἀλκμάν. ἡ δὲ Κόριννα καὶ διδαχθῆναί φησι τὸν Ἀπόλλω ὑπ' Ἀθηνᾶς αὐλεῖν. σεμνὴ οὖν κατὰ πάντα ἡ μουσική, θεῶν εὕρημα οὖσα. ἐχρήσαντο δ' αὐτῇ οἱ παλαιοὶ κατὰ τὴν ἀξίαν ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασι πᾶσιν. οἱ δὲ νῦν τὰ σεμνὰ αὐτῆς παραιτησάμενοι, ἀντὶ τῆς ἀνδρώδους ἐκείνης καὶ θεσπεσίας, καὶ θεοῖς φίλης, κατεαγυῖαν καὶ κωτίλην εἰς τὰ θέατρα εἰσάγουσι. τοιγάρτοι Πλάτων ἐν τῷ τρίτῳ τῆς πολιτείας δυσχεραίνει τῇ τοιαύτῃ μουσικῇ. τὴν γοῦν Λύδιον ἁρμονίαν παραιτεῖται, ἐπειδὴ ὀξεῖα καὶ ἐπιτήδειος πρὸς θρῆνον· ἣ καὶ τὴν πρώτην σύστασιν αὐτῆς φασι θρηνώδη τινὰ γενέσθαι. Ὄλυμπον γὰρ πρῶτον Ἀριστόξενος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ μουσικῆς ἐπὶ τῷ Πύθωνι φησὶν ἐπικήδειον αὐλῆσαι λυδιστί. εἰσὶ δ' οἳ Μελανιππίδην τούτου τοῦ μέλους ἄρξασθαί φασι. Πίνδαρος δ' ἐν παιᾶσιν ἐπὶ τοῖς Νιόβης γάμοις φησὶ Λύδιον ἁρμονίαν πρῶτον διδαχθῆναι. ἄλλοι δὲ Τόρηβον πρῶτον τῇ ἁρμονίᾳ χρήσασθαι, καθάπερ Διονύσιος ὁ Ἴαμβος ἱστορεῖ. καὶ ἡ μιξολύδιος δὲ παθητική τίς ἐστι, τραγῳδίαις ἁρμόζουσα. Ἀριστόξενος δέ φησι Σαπφὼ πρώτην εὕρασθαι τὴν μιξολυδιστί, παρ' ἧς τοὺς τραγῳδοποιοὺς μαθεῖν. λαβόντας γοῦν αὐτοὺς συζεῦξαι τῇ δωριστί. ἐπεὶ ἡ μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἀξιωματικὸν ἀποδίδωσιν, ἡ δὲ τὸ παθητικόν. μέμικται δὲ διὰ τούτων τραγῳδία. ἐν δὲ τοῖς ἱστορικοῖς τοῖς ἁρμονικοῖς Πυθοκλείδην φασὶ τὸν αὐλητὴν εὑρετὴν αὐτῆς γεγονέναι. Λῦσις δὲ Λαμπροκλέα τὸν Ἀθηναῖον, συνιδόντα ὅτι οὐκ ἐνταῦθα ἔχει τὴν διάζευξιν ὅπου σχεδὸν ἅπαντες ᾤοντο, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ὀξύ, τοιοῦτον αὐτῆς ἀπεργάσασθαι τὸ σχῆμα οἷον τὸ ἀπὸ παραμέσης ἐπὶ ὑπάτην ὑπατῶν. ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν ἐπανειμένην λυδιστί, εἴπερ ἐναντία τῇ μιξολυδιστί, παραπλησίαν οὖσαν τῇ Ἰάδι, ὑπὸ Δάμωνος εὑρῆσθαί φασι τοῦ Ἀθηναίου. τούτων δὴ τῶν ἁρμονιῶν, τῆς μὲν θρηνῳδικῆς τινος οὔσης, τῆς δ' ἐκλελυμένης, εἰκότως ὁ Πλάτων παραιτησάμενος αὐτάς, τὴν δωριστὶ ὡς πολεμικοῖς ἀνδράσι καὶ σώφροσιν ἁρμόζουσαν εἵλετο· οὐ μὰ Δία ἀγνοήσας (ὡς Ἀριστόξενός φησιν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν μουσικῶν) ὅτι καὶ ἐν ἐκείναις τι χρήσιμον ἦν πρὸς πολιτείαν φυλακικήν. πάνυ γὰρ προσέσχε τῇ μουσικῇ ἐπιστήμῃ Πλάτων, ἀκουστὴς γενόμενος Δράκοντος τοῦ Ἀθηναίου, καὶ Μετέλλου τοῦ Ἀκραγαντίνου. ἀλλ' ἐπεὶ (ὡς προείπομεν) πολὺ τὸ σεμνόν ἐστιν ἐν τῇ δωριστί, ταύτην προετίμησεν. οὐκ ἠγνόει δὲ ὅτι πολλὰ Δώρια παρθένεια ἄλλα Ἀλκμᾶνι καὶ Πινδάρῳ, καὶ Σιμωνίδῃ, καὶ Βακχυλίδῃ πεποίηται· ἀλλὰ μὴν καὶ ἔτι προσόδια καὶ παιᾶνες, καὶ μέντοι ὅτι δὲ τραγικοὶ οἶκτοί ποτε ἐπὶ τοῦ Δωρίου τρόπου ἐμελῳδήθησαν, καί τινα ἐρωτικά.

A Sed & ſimulacrum Apollinis in Delo poſitum in
dextra manu arcum, læua Gratias habet, quarum
quævis aliquod muſicum inſtrumentum tenet: lyram vna, alia tibias, media fiſtulam ori admotam.
Neque meus eſt hic ſermo: ſed Anticles & Iſter in
Illuſtrationibus ſuis hæc retulerunt. & ſimulacrum
illud ita antiquum eſt, vt dicatur à Meropibus factum, qui Herculis ætate vixerunt. Sed & puerum,
qui Tempicam laurum Delphos defert, comitatur
tibicen. Quin & Hyperboreorum ſacra adhibitis
tibiis, citharis, & fiſtulis in Delum miſſa ferunt antiquitus. Sunt qui ipſum deum tibia ceciniſſe autu-
B ment: vt narrat optimus cantilenarum conditor
Alcman. Corinna è Minerua didiciſſe tibiis canere
Apollinem ait. Itaque veneranda prorſus eſt muſica, deorum inuentum cum ſit. Priſci porro ea vt dignum fuit vſi ſunt, vt & reliquis omnibus inſtitutis. Noſtra ætate maieſtate eius omiſſa, pro maſcula
illa & diuina confractam & garrulam in theatra inducunt muſicam, quam Plato III De rep. libro vituperat: Lydiam quidem harmoniam repudians, vt
accommodatam lamentis: vnde & primam eius inſtitutionem lugubrem fuiſſe dicunt. Nam Ariſtoxenus ſcribit in primo De muſica libro, Olympum
C de morte Pythonis lugubre carmen tibiis ceciniſſe, Lydio modo. Sunt qui Melanippidem autorem
eius cantilenæ faciunt. Pindarus in Pæanibus primum de Niobes nuptiis Lydiam harmoniam vſurpatam ait. Alij Torebum principem ea vſum dicunt: de quibus eſt Dionyſius Iambus. Mixolydia
quoque animum percellens, tragœdiis eſt apta.
Hanc Ariſtoxenus ſcribit primum à Sapphone inuentam: ab ea didiciſſe tragœdos, qui cum Dorica
coniunxerint. cum hæc maieſtatem conciliet, illa
mentem perturbet: quibus rebus commixta eſt tragœdia. In hiſtoria muſica legitur eam à Pythoclida
D excogitatam tibicine. Lyſis perhibet, Lamproclem Athenienſem, cum is animaduertiſſet non
ibi eſſe diazeuxin, (quod nos deiunctionis verbo volumus intelligi) vbi fere omnes eſſe putauerunt, ſed verſus acutam vocem: talem eius inſtituiſſe modum, qualis eſt à parameſa ad hypaten
hypaton. (id eſt, à mediæ chordæ proxima, ad ſummarum ſummam.) Quinetiam remiſſam illam
Lydiam harmoniam, ſiue Mixolydiam, adſimilem
Ioniæ, inuentam autumant à Damone Athenienſi.
Has harmonias, cum altera earum ſit ad lamentandum parata, altera diſſoluta, recte Plato reiecit, ac
Doricam, vt bellicoſis temperantibuſque conue-
E nientem viris delegit. Neque is me hercle id fecit ignorans (quod ei impingit crimen Ariſtoxenus in ſecundo muſicarum rerum libro) etiam in
